

commodis epi, si his locis potius quam patria
ram locare aliquando volet. Vale generose Comes,
et hunc libellum meum Eclesie Orthodoxe, epiq; fidi-
nitritus dicatum clementer suscipe, observantia ergo
te mea qualem unq; habem. D. Jesus te cum illustri
familia Eclesie et Reipubl. diu benigne seruet. Hei-
delbergae Nonis Junii 1595.

271)

Memoriale pro Legatis
Polonicis.

Rudolpho. Cui illust. Transilvan. Princeps. Regis mundi
Baboni, qui hactenus sub clientela Turcica egit, Nobis se suam
provinciam certis conditionibus subdidit, et regno Hunga-
riae se de novo adjuverit, atq; inter ejus conditiones una fuit, ut
conjugem ipsi ex meliore nostro sanguine Austriaco daret, jam
cura nobis esse, ut ipsi Ser. quondam Archiepiscopus Caroli
patris nostri Maximiani filiarum aliqua, qui ipse prope-
det, debeat, qd; ut Ser. Regi ac Reginae per Legatos
nostros ratione nos dixisse docere, minime dubitantes,
quod matrimonium illud, quod reliquis conditiones con-
firmare debet, suo calculo approbaturus sit, testabuntur.
Prag. 4 Febr. 1595.

272)

Davidi Pareo Jodocus Naum S.
Qui tibi literas hasce exhibebit, Clarissime Viri Doctor, Nor-
wegus est, vir et pietate et doctrina insignis, in Germa-
niam cum Generosis adolescentibus missus. Nomen autem
tuum admiratus ad te compellendum per meas literas sibi
aditum parari voluit. Quod ipsam cum tibi gratum fore
putarem, ac mihi non iniquum videretur, id officii viro
doctissimo, qui forsitan in Patriam re versus libris scriptu-
rarum reddet, non negandum esse putavi. Si qua ergo ra-
tione eum aliquandiu Heidelberga commoraturum ju-
vare poteris consilio et opera, des hoc adolescentibus gene-
rosis puro religioni addictis et regno Danie et Nor-
vegiae, si ita Deo visum fuerit, proficiendis. Maxima
semper.

semper pecunie vim secum vehunt, ita ut fides tua in
 opulenta pietate fundata periclitari non possit. libera-
 lissime hie omnibus satisfecerunt et modestissime vixe-
 runt. Faxit Deus ut ad nominis sui gloriam et Ecclesie
 salutem incolumes ad suos redeant, pietate et doctrina
 vera instructissimi. Quod autem Th. Kul-
 meiano Collegae meo, qui nunc Sadenburgi Ecclesie in-
 servit, tam bene prospexisti, eo nomine, quas possum
 ago tibi gratias maximas, oroq, Deum, ut tibi tuiq, q, q,
 hoc beneficium cumulatissime recampenset. Quod si
 me quoq, horum locorum gravissimis de causis
 pertosum, ab hiece orig abstractum patrie aliquando
 mea, vel potius Palatinatu Electorali restitueres,
 accideret illud mihi a Synodorum quibusdam
 fere excoiato longe gratissimum meq, in perpetuum
 tibi devinctum habere. Vale viveq, in Christo cla-
 rissime Dne. Doctor. Sigene 1595. 3. Cal. Aprilis

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]







